

censet XIII annorum splendide servitute) sed plenissime  
 satisfaciendum ratus Toi & loi et mihi; adortus, mihi crede  
 hominem sumo quâ casim, quâ punctim, quâ per cuniculos  
 et vim apertam, si forte quid ~~esset~~ exsâlpî posset, quod vel  
 nutu vel reflexâ voce certiores nos quam dudum faceret.  
 Quid dicam? frustra fui, nec quidquam retuli, nisi quod  
 non petebam, non esse quod quis eligat propositis eligendis.  
 Si tamen addo, bene tibi velle Magnum Principem, et saepe  
 numero sermones illi mecum de te fuisse, quibus te interesse  
 nec ratio sinat, nec tuis pudor, nec proinde me videre cur  
 minus de illo speres, quam quotus quisque rivalium. Rogo te,  
 ut ex animi medullâ tam hoc facere me confidas, quam  
 a te postulare, ut me amare pergas, et credere  
 Aeneas. D: F. addictissimum  
 Pnd: D. Quintil: ibq3. G. H.

Barlaeo.

(346)  
 Fecisti rem, Amice, ut orbi literato perutilem, sic mihi sane  
 longe gratissimam; cum orationum quas dedisti toties tan-  
 tasque, molem universam modici voluminis compendio  
 coegisti. et habeo quas debeo, imò quas soleo gratias,  
 steriles illas ut vides et sine redhostimento. quod cum  
 expectare tu quodammodo videaris, qui esse hunc tam  
 fertilem nugarum aerem existimes, quam Brabantus  
 olim aut Fluvensis fuit, narrotibi, non omnem omnino  
 belluam ferre, liquido me hic percipisse, atque inde à  
 discessu nostro vix pugillum epigrammatum messuisse,  
 quem totis illa planstrii horreo intulisse atibi recordaris.  
 Unum, quod jam in procinctu toto castrorum apparatu  
 obruto Hagae exciderat, atque ab eo tempore in heteroge-  
 nis chartarum cumulis latitauerat, casus nunc in  
 manus meas relapsus, neque de ineptissimis visum  
 hic adscribo, ne scilicet impune feras, qui salire mihi  
 delicias Treslongianas voluisti accessimo crimini adpersi  
 condimento. Nescio an haec Hagae accepturus sis. si com-  
 moraris hactenus eò loci, ubi equidem Vitauliari tecum  
 bonâ fide manolim, quam excedenda Flandria, ac Theon-  
 nilio Galli, ocius tutiusque submittenda lentam hanc  
 et languidam operam nanare. Obsecro te Mi Barlaeo  
 ut Tyrunculos meos tui summas admiratores, praesentia  
 tuâ et alloquio subinde animare digneris. Logicaque  
 praesertim amorem, et ad omnia uti lissimam cognitionem  
 idem

identidem incuties. quin et Brunoni viam praemas, quâ in  
exquisite peritas reddat. Occurrunt quae mihi in illam  
sententiam Amstelodami dissecebas, poteruntque si domum  
discesseris, et vacat epistolis consignari. A re Logicâ super  
hoc Rhetorici, quod a te petam: nimirum ut amicum da-  
ram cum lectissimâ Mygdæ hospitiâ, autumno proximâ  
Hagam reducas. Nisi hoc effectum das, scito me artem  
eloquentiae flocci facturum. Si das autem, proxima editio  
orationum tuarum hanc quoque insertam iri, me procul  
quâ rem aduam fortissimus Rhetorum executus eris. Nisi  
vales omnipotens persuasor cum persuadendi optimi amici  
Assenedæ in Castris XII. Augusti 1643.

Poemata Latina pridem omnia lustravi  
et in pagellas quâquâ versum mobiles  
congressi. Supersunt vernacula, qui dux me  
sensim applicabo. Totam Massam tibi digerendam  
ut conuenimus, instante vel autumno vel hyeme  
daturus sum, ut sic finem ineptiendi semel simulque  
faciamus.

Constantino. (347)  
Τὴν ἐπιστολὴν σε κήδισε κωνσταντίνε τῷ εὐχρηστικῷ  
καὶ μάλα θαυμαστῷ θαυβαλέος γε καὶ μικρῆ ἀντιχει  
ἰδεξάμην μνήμων δὴ τῆς αἰδεσίας τῆ ἐμῆς ὅτε εἰς ταυ  
τὴν ἡλικίαν ἐλθὼν μόλις δὲ τῆς ἀναγνώσεως τῆ εὐχρη  
εἶδως. πρὶ τῆ γραφῆς ἔτε καθ' ὅπνον ἐννένοηκεν  
λογίζομαι δὲ ταυτὴν τὴν ἀιχὴν μοι ἐν χώρᾳ δόξῃ  
εἰ ἐλαχίστη. καὶ γὰρ ὅποσοι δὴ παλε γέγονας, ἐκ τῶ  
μαθῆσαν σε εἶ, εἰς ὅτα ἐγὼ καὶ ἀελιαεῖς ὑπερῆμαυ  
σεσοφισμένους ἀιαδάνομαι, ἴαθι με μεγάλην τινα ἡδε  
ἡδονὴν ἢ μοι ἵνα πολλακίς ἀποδίδῃς, παμπόλλα  
καὶ ποικίλων ἰδιωμάτων γεάρμασιν εὐώχητον  
καὶ ἐξῆσω, φιλάτονον κάεα. Ἀπὸ τῆ παρεμβολῆς τ  
Assenedæ. τῆ 10 τῆ μῆνὸς Αυγῆστ. CIΩΙΩCXLIII.  
Ὅ σε πολὺ μάλλον ἢ εἶλον φιλα  
παλιε  
κωνσταντίνος ὑγένιος.

Barlaeo